magna reuerentia disponis nos. Subest
enim tibi cum uolueris posse. Docuisti autem
populum tuum per talia opera: quoniam oportet iu
stum esse et humanum. et bone spei fecisti fi
lios tuos. Quoniam iudicas dans locum in pecca
tis penitentie. Si enim inimicos seruorum
tuorum et debitos morti. cum tanta crucia
sti attentione et liberasti dans tempus et locum
per que possint mutari a malicia: cum quanta
diligentia iudicasti filios tuos. quorum paren
tibus iuramenta et conuentiones dedisti bona
rum promissionum: Cum ergo nobis disciplinam
das. inimicos nostros multipliciter flagellas:
ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes.
et cum de nobis iudicatur: speremus misericordiam
tuam. Unde et illis qui in uita sua insen
sate et iniuste uixerunt: per hec que coluerunt
dedisti summa tormenta. Etenim in erro
ris uia diutius errauerunt. Deos estiman
tes hec que in ~~manibus~~ animalibus sunt supuacua.
infantium insensatorum more uiuentes.
Propter hoc tanquam pueris insensatis iudi
cium in derisum dedisti. Qui autem ludi
briis et increpationibus non correpti sunt:
dignum dei iudicium experti sunt. In his enim
que patiebantur moleste ferebant: in quibus
patientes indignabantur. Per hec quos pu
tabant deos in ipsis cum exterminarentur:
uidentes illum quem olim negabant se
nosse. deum uerum agnouerunt. Propter
quod et finis condempnationis eorum ue
niet super illos. Uani sunt autem omnes
homines in quibus non subest scientia dei:
et de his que uidentur bona non potuerunt
intelligere eum qui est. neque operibus atten
dentes agnouerunt quis esset artifex. sed
aut ignem aut spiritum. aut citatum aerem.
aut girum stellarum. aut nimiam aquam.
aut solem aut lunam. rectores orbis terrarum
deos putauerunt. scians quanto his dominator

eorum speciosior est. Speciei enim gene
rator: hec omnia constituit. Aut si uir
tutem et opera eorum mirati sunt: intelli
gant ab his quoniam qui hec constituit.
fortior est illis. A magnitudine enim spe
ciei et creature cognoscibiliter poterit
horum creator uideri. sed tamen adhuc
in his minor est querela. Et hi enim for
tassis errant: deum querentes et uolen
tes inuenire. Etenim cum in operibus
illius conuersentur inquirunt. et persuasum
habent quoniam bona sunt que uidentur.
Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim
tantum potuerunt scire ut possent esti
mare seculum. quomodo huius dominum non
facilius in[illegible]erunt. Infelices autem
sunt. et inter mortuos spes illorum est. hi autem
qui appellauerunt deos opera manuum
hominum. aurum et argentum artis
inuentionem. et similitudines anima
lium. aut lapidem inutilem opus manus
antique. aut si quis artifex faber de sil
ua lignum rectum secuerit. et huius
docte eradat omnem corticem. et arte sua
usus diligenter fabricet uas utile. in
conuersationem uite. reliquiis autem eius
operis ad preparationem esce abutatur.
et reliquum horum quod ad nullum usum
facit: lignum curuum et uerticibus
plenum sculpat diligenter per uacuita
tem suam. et per scientiam artis sue
figuret illud. et assimilet illud imagini
hominis. aut alicui ex animalibus illud
comparet. perliniens rubrica. et rubicun
dum faciens fuco colorem ipsius et omnem
maculam que in illo est perliniens ter
ram. faciat ei dignam habitationem.
in pariete ponens illud. et confirmans
ferro ne forte cadat prospiciens illud.
sciens quoniam non potest se adiuuare.

speciē de lectati dō putauer

[illegible]latrays:

putauer.